



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XXXVII. Bischof Nortbert von Brandenburg weiht im Namen des Erzbischofes von Magdeburg die St. Petri-Kirche zu Wörlitz, am 12. Dezember 1201.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

alias possessiones vel bona alia mobilia vel immobilia, que personas liberas predictorum prepositi et canonicorum jure successionis vel alio justo titulo, si remanissent in seculo, contingissent et que potuissent aliis elargiri, seu alia bona mobilia et immobilia largitione et privilegiis principum, nobilium vel cujuscunque nominis personarum seu aliis modis quibuscunque eisdem ecclesie preposito et canonicis traditas, indultas, acquisitas, tradenda, indulgenda, acquirenda arrestant, impignorant, judicant, distringunt, invadunt, occupant et ea detinent occupata seu eos, eas vel ea arrestantibus, impignorantibus, judicantibus, distringentibus, invadentibus, detinentibus prestant auxilium, consilium vel favorem seu eisdem ecclesie, preposito, canonicis vel eorum hominibus subditis vel familie super predictis vel quibuslibet aliis rebus, bonis mobilibus et immobilibus, locis, causis, negotiis spiritualibus, temporalibus seu civilibus impedimenta, gravamina, dampna, molestias, injurias inferunt et jacturas, poterint et debeant licite nomine dictorum ecclesie et canonicorum absque mei, heredum et successorum meorum nec non mei, heredum et meorum successorum capitaneorum, advocatorum et officiatorum aliorumque judicium et potestatum secularium quorumcunque requisitione, contradictione et indignatione ad cessandum et desistendum de omnibus et singulis predictis et ipsis ecclesie, preposito et canonicis supradicta et eorum quodlibet restituendum seu plane satisfaciendum auctoritate et censura ecclesiastica libere coherceri. Quicunque huic mee donationi, ordinationi et appropriationi in posterum contraire vel factum illud verbo vel opere infringere temere attemptaverit, decem libras auri purissimi prefate ecclesie Brandenburgensi totiens, quotiens contra factum, irremissibiliter persolvat. Et ut hec omnia et singula presentibus et futuris temporibus perpetue perseverent, prefens scriptum roboravi meo sigillo. Hujus rei testes sunt, quorum nomina sunt hec: Norbertus, episcopus Brandenburgensis, Godescalcus, cellerarius, Baldevinus, custos, Riquinus, Walterus, Heynricus, Cefarius, canonici ecclesie Brandenburgensis, ego Otto, marchio in Brandeburch, Heynricus de Plawe, Richardus de Lyndow, Heynricus de Stegeliz, Heydenricus Leo, frater ejus Udo, Everardus, advocatus in Spandow, Fredericus, advocatus in Brandeburch, et alii quam plures. Acta sunt hec in urbe Brandeburch, anno dominice incarnationis M^o. C^o. nonagesimo septimo, indictione XV, concurrente II, epacta nulla, presidente sedi apostolice domino Celestino, regnante vero domino gloriosissimo Romanorum imperatore Heynrico. Amen.

Nach dem Originale.

XXXVII. Bischof Norbert von Brandenburg weiht im Namen des Erzbischofes von Magdeburg die St. Petri-Kirche zu Wörlitz, am 12. Dezember 1201.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Norbertus, Dei gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus — ad petitionem Domini Bernhardi, Illustris Ducis Saxonie, ecclesiam in Wörgelitz in honorem Salvatoris nostri et gloriose genetricis ejus et beati Petri Apostolorum principis vice Domini Ludolphi venerabilis Magdeburgensis Archiepiscopi, dedicamus, dotemque eidem Ecclesie attitulatam auctoritate Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Domini quoque Archiepiscopi et nostra sub anathematis districtione confirmamus. Dos autem hec est etc. —. —. Prefate igitur Ecclesie in Wörgelitz dedicatio celebriter facta et peracta est II. id.

Dec. anno incarnationis Dominice MCCI. Indict. III presentibus Domino Bernhardo, Duce Saxonie, Domina Juditha Ducissa etc. —

Nach Beckmann's Anhalt, Hist. III, 396.

XXXVIII. Markgraf Otto II. bestätigt dem Domcapitel den Besitz der Dörfer Crelin, Mößow und einiger Fischereien, am 6. Januar 1204.

— Otto, dei gratia hujus nominis secundus marchio in Brandeburch, — ecclesie beati Petri, principis apostolorum in Brandeburch et preposito, canonicis et eorum successoribus in Brandeburch do et trado villam Crelin, mihi a Burchardo de Plozeke voluntarie resignatam, cum decimis, actu, censu, servitio, advocatia et omnibus appendiciis; preterea Mokzow cum duobus tractibus in stagno versus et penes Mokzow cum piscationibus antique Mokzow et cum parvis piscaturis in stagnis, que dicuntur Middelfey et Rewensee*), ac gurgusta seu piscium capturas, que dicuntur Carpwere, et proprietatem aque directe in stagno a talibus gurgustis seu piscium capturis ducentorum et quadraginta pedum in longitudine et latitudine libere cum omni piscatione; insuper duas lacunas, unam in Obula in superiori parte castri, aliam lacunam Sancti Spiritus in stagno secus hospitale cum eorum tractibus et gurgustis seu piscaturis prope pontem de Cracow cum libertate et plena potestate, talia gurgusta Carpwere, et prope pontem de Cracow predicta meliorandi, sportas in eis ponendi et alia de novo gurgusta in eisdem construendi pro dictorum ecclesie, prepositi et canonicorum utilitate, sicut eis utile videbitur sine omni et cujuscunque contradictione, cum aquis, aquarum accurlibus et decursibus, piscium liberis transitibus de paludibus, stagno, Obula et lacunis predictis cum pratis, pascuis, graminibus, paludibus, lignis, virgultis, terris, campis, agris cultis et incultis, stratis, viis et inviis, exitibus et reditibus cum omni servitio et advocatia, limitationibus et eorum pertinentiis forinsecus et extrinsecus universis. Quia ecclesia, prepositus et canonici predicti hec omnia ex donatione meorum predecessorum eis olim facta per multos annos libere et juste possederant, ego Otto marchio predictus recognoscendo et innovando eisdem trado et confirmo cum plenitudine hereditatis et proprietatis perpetuis temporibus libere habendum, nihil mihi, heredibus et successoribus meis reservando in eisdem omnibus et singulis premissis. Quicumque vero huic meo traditionis et confirmationis pagine in posterum contraire vel ea infringere attentaverit, viginti libras auri purissimi ecclesie Brandenburgensi irremissibiliter persolvat. Ut ergo hoc factum meum a memoria hominum non recedat, presens scriptum super hoc dando sigilli mei impressione roboravi. Hujus rei testes sunt Balduvinus, prepositus, Walterus, prior in Brandenburg, Heynricus, ibidem canonicus, Robertus, canonicus in Havelberge, Robertus, plebanus in Gorzeka, Herwigius, capellanus marchionis in Brandenburg, Heinricus, advocatus in Brandenburg, et Heinricus, pincerna. Acta sunt hec in urbe Brandenburg, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. quarto, epacta XVII. indict. VII. concurrente II. VIII. idus Januarii. Amen.

Nach der Copie im alten Copialbuche.

*) Werden's Stifftsch. hat Plauensee.